menſione ſpirituali velut cinapiũ. Nam ſecunda, tertia, quarta, vnum fiunt conuertendo quadrangulum in rotundum. Vnde Alphidius. Igne ſicco & calcinatione ſicca cũ ſuo humore decoque ſiccũ donec fiat cynapium. Et vtrumq; opus concordat excepto quod opus album eſt opus hyemis, & rubeum æſtatis, quia opus rubeum maiori ignitione indiget in triplo & cibatione acetoſa in ſeptuplo.

Et ſciendum quod anima eſt vinculum ſpiritus, ſicut corpus eſt vinculum animæ. Nam ſpiritus penetrat corpus, & figit, anima copulat in quibus eſt ſumma nigredo & mors, quæ niſi ablate fuerint perpetue nõ erunt, ab aqua ergo extrahe ſuam ab anima nigredinem, a corpore mortem expelle, frequenti irrigatione, ſed quantum in humido ſolueris, tantum aſſando deſicces, Quare dicitur coquę & iterum coque & ne tedeat hoc plures reiterare, videlicet denigrando, dealbando, & completiue rubificando. Cum in opere fueris adſit aſsiduitas, & patiam cum expectatione congrua, Cuius finis commodum & letitia, abſit etiam pigrities, & negligentia & feſtinatio diabolica cuius finis damnum & triſtitia.

Adhortatio conſtans.

Octauus gradus dicitur, & eſt Sublimatio.

Nebuloſa materia.

Quæ non eſt in alembicum aſcenſio, ſed nebuloſę materiæ notatio, ſeu in aqua deportatio.

Nam